



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Cap. 4. Compendium Dominicæ passionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

ergo Passionem Christi D. N.

Beati S. Bonaventurae. Quibus subnectitur Deuotio se-
cundum effusionem Sanguinis Redemptoris nostri.

Cap. IV.

Compendium Dominicae Passionis.

In Coena.

1. Lauit pedes, & d. Petrum repugnantem dixit; Si *Ioan. 13.*
laueris, non habebis partem mecum.

2. Docet verbo, quod prius docuerat exemplo. Scitis,
quod fecerim vobis. Vos vocatis me Magister & Domine;
quod dixi vobis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros,
dominus, & Magister, & vos debetis alter alterum lauare
pedes. Exemplum enim dedi vobis, &c.

Matth. 26.

3. Notat proditorem. Amen dico vobis, quia vnus ve- *Ioan. 13.*
strum me traditurus est. Et interrogatus à Ioanne, re-
spondet Dominus; Ille est, cui ego intinctum panem per-
tuleram. Et dedit, & post buccellam introiuit in eum. Sata-
na. Va accipientibus intinctum panem consolationis
in hac vita.

4. Contendunt Apostoli de primatu. Exhortatur Do-
minus ad Humanitatem exemplo sui, & promissione *Luc. 22.*
regni. Reges Gentium dominantur, vos autem non sic;
sed, si quis maior est in vobis, fiat sicut minor. Ego autem in
medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et ego dispono vo-
strum, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, ut edatis, &
bibatis super me, in Regno meo, & sedeat is super
thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.

Ioan. 13.

5. Praedictio proximae Passionis. Cum ergo exisset Iu-
das, dixit Iesus; Nunc clarificatus est Filius hominis; &
Deus clarificatus est in eo. Et Deus clarificabit eum in se-
culari, & continuo clarificabit eum.

6. Mandatum de Charitate. Mandatum nouum do vo- *Ioan. 13.*
bis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos, & ut vos dili-
gatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli
mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

7. Praedictio negationis Petri. Quod ego vado, vos non po-
tistis venire. Simon Petrus: Domine quo vadis? Iesus; Quo
ego vado

vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Petrus; Quare non possum te sequi modo? animam tuam pro te ponam. Respondit ei Iesus: animam tuam pro me pones? Amen, Amen dico tibi; non cantabit gub. donec ter me neges.

Luc. 22.

8. In iherosolymis. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dicitur vobis, qui ex hoc non manducabo illud, donec impleatur Regno Dei. Et intellige de manducatione spirituali, per fruitionem, vt in Gloria. Et accepto pane. Et dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter de Calice. Blandas erat in mensa.

In Via.

1. Prædictio scandali, & perturbationis, Huius dicto, exierunt in Montem Oliueti. Tunc dixit illis: **Matt. 26.** Omnes vos, &c. Petrus: Si oportuerit simul cum tibi, non te negabo. Similiter & omnes dicebant. Et Petro prædicitur negatio. **Matt. 14.** ait autem Dominus: Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum ego autem rogaui pro te, vt non desicias fides tua: Et in aliquando conuersus, confirma fratres tuos. **Luc. 22.** Et dixit eis: quando misi vos sine sacculo. & peram, & calceamentum, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. **Luc. 22.** Dixit ergo eis: Sed nunc, qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquus deputatus est. Et enim ea, quæ sunt de n. e. finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic: At illi dixit ei: Satis est. **Ioan. 6.** Hoc dixit tentans eos, quomodo crediderat eius omni potentiam: Sicut cum dixit ad Philippum, unde erimus panes? ybi subdit Evangelista, hoc autem dicitur tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.

2. In sermone post cœnam exhortati Discipulos, eisque varia virtutum documenta imperantur. 1. Ad fidem. Non turbetur cor vestrum, neque formidetis. **Ioan. 14.** dicit in Deum, & in me credite. 2. Ad spem. In domo Patris

mi mansiones multa sunt. Vado parare vobis locum.
 Ad Charitatem Si diligitis me mandata mea servate.
 Ad pacem. Pacem relinquo vobis; pacem meam do
 non quemadmodum mundus dat, ego do vobis. 5. Ad unio- *Ioan. 15.*
 nem con. Christ.: Manete in me, & ego in vobis. Sicut
 vitis non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit
 in vinea: sic et vos nisi in me maneritis. 6. Ad Chari- *Ioan. 15.*
 tatem fraternam Hoc est praeceptum meum: ut diligam
 vos, sicut dilexi vos. Maiorem hanc dilectionem
 nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis. 7.
 Ad evadendam injuriam. Si mundus vos odit; Scitote, quia
 et primum vobis odio habuit. 8. Promissio Paracliti. *Ioan. 15.*
 Expedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, Para-
 clitus non veniet ad vos. Promissio aeterni gaudii. *Ioan. 16.*
 Gaudium vestra vertetur in gaudium: & gaudium vestrum
 cum illo habebitis. 9. Promissio exauditionis à Pa- *Ioan. 16.*
 tre. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vo-
 bis. 11. Oratio pro glorificatione. Pater, venit hora,
 ut glorifices Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Ego te cla-
 rificavi super terram: opus consummaui, quod dedisti mi-
 hi. Et nunc clarifica me tu Pater apud te meti-
 psum claritate, quam habui, priusquam mundus esset apud te.
 12. Oratio pro salute Apostolorum. Pater sancte, serua *Ioan. 17.*
 in nomine tuo, quos dedisti mihi; ut sint unum, sicut &
 ego & tu. Pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sancti-
 ficati in veritate. 13. Oratio pro salute omnium fide-
 lium. Non pro eis rogo tantum: sed & pro eis, qui credituri
 sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut
 tu Pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.
 Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint
 unum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mi-
 hi: quia dilexisti me ante constitutionem Mundi.

In Horto.

Primo pro nobis contristatur. 2 In oratione proster-
 nitur. 3. Ab Angelo confortatur. 4. Sudore sanguinis
 persudatur. 5. Osculo traditur. 6. A Discipulis dere-
 linquitur. 7. A Iudæis apprehenditur & ligatur.

In

In Domo Annæ.

1. Interrogatur de doctrina, & de Discipulis
- Joan. 18. 2. Respondet: Ego palam testis sum in mundo: & terræ eos, qui audiverunt.
3. Percutitur alapa. Sic respondes Pontifici?

In Domo Caiphæ,

1. Testis Petro negatur.
- Joan. 18. 2. Accusatur, & multi testimonium falsum dicunt aduersus eam, & Iesus tacebat, & nihil respondit.
3. Adiuratur. Adiuvo te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. Dixit illi Iesus: Tu dixisti. Ego sum. & videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli.
4. Iudicatur reus mortis. Sacerdos scindit vestimenta sua, dicens: Quid vobis videtur? Reus est mortis.
5. Conspuitur, velatur, colaphis, & alapis caeditur.

In Domo Pilati.

1. Accusatur. Hunc inuenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Caesari, & dicentem se Christum Regem esse.
- Luc. 23. 2. Nihil respondit. Et cum accusaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil respondit, ita ut mirarentur vehementer.
3. Examinatur. Tu es Rex Iudeorum? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo. Ergo tu es rex Iudeorum? Respondit Iesus: Tu dicis, quia Rex sum ego: ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.
4. Innocenti. Christi. Dixit Pilatus ad Principes Sacerdotum, & turbas, nihil inuenio causa: hoc hominem.
5. Magis accutatur. At illi inualecebant, dicentes: Non movet nos, sed ne contumeliam faciamus illi. Respondit Pilatus: Quis est Iudeus? Illi responderunt: Gallilæa vsque hinc.
- Luc. 23.

In Domo Herodis.

- 1. Interrogatus nihil respondet.
- 2. Accusatur à Principibus Sacerdotum, & Scribis.
- 3. Spernit illum Herodes cum exercitu suo.
- 4. Illi dicitur veste albâ, & remittitur ad Pilatum.
- 5. Facti sunt amici in ipsa die Herodes & Pilatus.

Luc. 23.

In Domo Pilati.

- 1. Declaratur innocens. Nullam inuenio in eo causam, inquit Herodes.
- 2. Pulsis, dimittam vobis Regem Iudaorum: Non habent, inquit Barabbam.
- 3. Dixit tertio. Quid malifecit? Nullam in eo inuenio Ioan. 18.
- 4. Magis instabant, vt crucifigeretur.
- 5. Flagellatur.
- 6. Spinis coronatur, purpurâ induitur, & aru. do. portatur in dextera eius.
- 7. Conspicitur.
- 8. Percutitur eius caput arundine.
- 9. Et salutabant genuflexi, & illudentes dicebant. Iudei Regem, & dabant ei alapas.
- 10. Offendit tot populo: Ecce Homo.
- 11. Cõdemnatur. Tradidit illi Iesum, vt crucifigeretur.
- 12. Exiit baiulae sibi crucem.
- 13. Aduuatur à Cyrenæo.
- 14. Conuertitur ad mulieres. Nolite flere super me, sed super vos.

Matth. 27.

Matth. 15.

Ioan. 19.

Luc. 23.

In Monte.

- 1. Potatur vino. Dabant ei bibere myrrham vinum, cum sell. missum: Et cum gustasset, noluit bibere.
- 2. Crucifigitur, & cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris.
- 3. Duntaxat vestimenta.
- 4. Poniunt titulum.
- 5. Blasphemabat Alios, alios, seipsum saluum factum non potest. Descendat nunc de cruce, & credimus ei.

6. Teo.

Ioan. 17.

6. Tenebræ ab hora sexta ad horam nonam.
7. Stabat Mater Iesu iuxta Crucem.
8. Septem verba: Orat, Promittit, Commendat, Derelictus, Consummatum, Moritur.
9. Prodigia in morte Christi, in velo scisso, terramrâ, petris scillis, monumentis apertis, resurrectione mortuorum.
10. Propter hæc, quæ fiebant, conuertitur Centurio dicens: *Verè Filius Dei erat iste*, & turbæ percutientes peccata sua reuertebantur.
11. Lancæ latus eius apertum, & continuè exiit sanguis & aqua.
12. Deponitur de Cruce, & sepelitur à Iosepho de Arimathea, in sepulchro suo nouo, quod exciderat in petra.
13. Et muniuerunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

CAP. V.

Meditatio Passionis Christi.

Pro Die Dominica.

Christus in Horto: Timet, Orat, Exhortatur.

1. Cœpit patere, & tædere, contristari, & mœstus esse. Non mea, sed tua voluntas fiat.
3. Quid dormitis? surgite, vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.

Pro die Lunæ.

Christus in domo Annæ. Examinatus. Alapibus casus. Corrigit.

1. Pontifex interrogauit Iesum de discipulis, & c.